



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Statuorum pœnam obseruare an sit obligatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

*Statutorum pœnam obseruare an
fit obligatorium.*

POENAM subire statutam licet non teneatur alii-
quis in foro conscientiæ, nisi postquam ad illam
damnatus est à iudice: quia tamen hoc fallit in duo-
bus casibus, scilicet in censuris & testamentariis, ideo
& excommunicatus, & suspensus, & interdictus & ir-
regularis est quisquis contra latam à canone de hu-
iusmodi sententiam facit, absque alia declaratione iu-
dicis. Et rursus ideo vidua non castè viuens, cum ma-
la conscientia perseverat donna & domina & vſus
fructuaria vt relicta fuit à marito cum conditione si
castè vixerit. Vnde tenetur de consumptis post quam
non vixit castè, etiam si nullus iudex humanus ad
hoc compellat. Et hoc subtiliter consideratum non
ideo est, quia pœna testamentaria infligitur sine exe-
cutore: sed ideo est, quia euenit casus in quo volun-
tas testatoris sic disposuit. Et propterea sicut reliqua à
testatore disposita in diuersis casibus non egent de-
claratione iudicis, cum casus illi eueniunt, ita dispo-
nente testatore quod vxor sua sit domina &c. quan-
diu castè vixerit, adueniente casu castitatis omis-
sione definit succedere marito in illis bonis sic sibi disposi-
tis. Simile est enim hoc alteri casui quo maritus re-
linquit illam vſufructuarium, nisi transferit ad secun-
das nuptias, constat enim quod siue clàm, siue publi-
cè nubat, definit esse vſufructuaria, etiam si nullus
iudex, nullus exequitor inhibeat. Horum enim om-
nium vna communis est ratio: quia scilicet ventum
est ad casum in quo testator noluit bona sua ad il-
lam transire: ac per hoc nullum tunc habet ius mu-
lier in illis bonis quae ex testatoris voluntate sola ha-
bebat, quicquid iuris in illis habebat.

Verba-